



**M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV**

**Muret, Marc-Antoine**

**Antverpiæ, M. D. LXXXVI.**

Cap. 13. Antelogium quid. Plæuti è Menæchmis correctus locus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](#)

quare sine controuersia ita etiam in illo ex Hecuba ver-  
su legendum est. etiamque illud, quod in Cyclope ita  
legitur, Οἰδ' εὐ ὁ οὐρανούς, ὡς ἀπάγωμεν χθονός;  
eodem modo emendandum facile crediderim.

*Antelogium quid. Plauti è Menachmis correctus  
locus. CAPUT XIII.*

**Q**uod dixi supra, cum, quid valeret apud Cicero, in acta, explicarem, Siciliam eo olim sermone usam, qui neque plane Græcus, neque plane Latinus, sed quasi cinnus quidam ex utroque mixtus esset: id & è Cicerone, & è Q. Asconio intelligi potest. Plautus autem, qui iocandi occasionem vndeque quereret, in Menachmis, quod ea fabula, ut ipse ait, Siciliabit, nomine quoddam finxit è duabus vocibus, altera Latina, & Græca altera iunctum. Antelogium enim dixit pro eo, quod olim Pacuvius dixerat prologium. quod qui non intelligebant, ex Antelogium, fecerunt ante elogium: cum tamen elogium nihil neque Græcis, neque Latinis significet: ut alibi docebimus, sed præstat Plauti versus subiicere, simul enim alia corrigentur.

*Atque adeò hoc argumentum Gracissat tamen:*

*Verum non Atticissat, at Sicilissat.*

Pabergensis Plauti corrector, præter cetera peccata, è secundo horum versuum detraxerat particulam, at: deinde cum animaduerteret, una syllaba minus esse, quam requireret lex carminis; pro Sicilissat, scripsit, Sicilicissat. acutè. Siciliam pro Sicilia hac ratione dicemus. sequitur:

*Huic argumeno antelogium quoddam hoc fuit.*

Idem, una lepidissima voce lacerata, nullo sensu scripsit, ante elogium. & pro, quoddam, quidem. sequitur:

Nunc

Nunc argumentum volis demensum dabo,  
 Non modio, neque trimodio, verum ipso horreo.  
 Tanta ad narrandum argumentum est benignitas.  
 Tanta enim legi debet: non, ut in illius libris, tantum.  
 quippe cum hoc dicat, tantam esse sibi benignitatem  
 ac largitatem ad narrandum argumentum, sequitur ita  
 illius esse ~~oportet~~, ut daturus sit illud demensum, non  
 modio, neque trimodio, verum ipso horreo. Sed & ex  
 eadem illa, de qua dixi, Siculorum consuetudine, ioco  
 dictum est in eadem fabula, Epidamni nomen iun-  
 etum esse ex ~~oportet~~, & damnum: quia illuc nemo feret, nisi  
 damno suo, diuertere soleret. quod omen fugiens po-  
 pulus R. antiquum oppido restituit Dyrrachij nomen.  
 Hec à me ante hos quindecim annos edita, nuper  
 Cœlius quidam pro nouis ac suis venditauit.

*Historia de oraculo quod Pelco redditum est. Xenophontis  
 locus correus.*

CAP. X I I I .

**Q**VI crebro Veneri operantur, eorum genitalem  
 humorem liquidorem, siccircoq. minus aptum  
 ad generandum effici constat. quare inter ea qua præ-  
 cipi solent iis qui liberos procreare cupiunt, id quoque  
 est, ut congressu Venereo non ita frequenter viantur.  
 atque is erat sensus oraculi quod Ageo quondam red-  
 ditum traditur. qui cum petiisset a deo indicari sibi  
 rationem aliquam, qua pater fieri posset; multos enim  
 iam annos frustra vxoris hortum conseruerat: respon-  
 sum hoc tulit:

*No soluas ex vtre pedem qui prominet, ante  
 Cecropie pingues quam sis delatus in agros.  
 ita enim putauit hos versus reddi ut cunque posse:*

Tὸν ἀστεῖον ποδέων ὡς φλατεῖς λαῶν  
 Μὴ λύου, τῷν γενὸν Αθλωτῶν αφικέσθαι.

Vtrem

Anc. Murez  
 His Lectiones  
 LIB  
 25